—— Veterum Scriptorum, & Monumentorum collectio. *Ibid.* 1724. *tom.* 9. *f.*°

—— De antiquis Ecclesiæ ritibus. *Rotomagi* 1700. *tom.* 3. 4.°

—— De antiquis Monachorum ritibus. *Lugduni* 1690. 4.°

—— Commentarius in Regulam S. Benedicti. *Parisiis* 1690. 4.°

MARTIALIS, *M. Valerius*. Epigrammata cum notis Farnabii, & Variorum, accurante Corn. Schrevelio. *Lugd. Batav. Hackius* 1670. 8.°

—— Eadem cum variorum doctorum Virorum commentariis, notis, & observationibus. *Lutet. Paris. Morellus* 1617. *f.*°

—— Eadem cum commentariis Matthæi Raderi. *Moguntiæ* 1627. *f.*°

—— Eadem. *Venetiis, in ædibus Aldi* 1501. 8.°

S. MARTIALIS. *V. S. Ignatius*.

MARTINENGA Gens. *V. Ferrarius Octavius*.

MRTINENGUS, *Ascanius*. Glossa magna in Sacram Genesim. *Patavii* 1597. *tom.* 2. *f.*°

MARTINIUS, *Martinus*. Sinica historia. *Monachii* 1658. 4.°

—— Regni Sinensis a Tartaris devastati enarratio. *Amstelodami* 1661. 12.° — *V. Miscellanea curiosa* (*in Nota*).

—— De Bello Tartarico. *Ibid. Janssonius*. 1655. 12.°

MARTINIUS, *Matthias*. Lexicon Philologicum, præcipue etymologicum, & sacrum. *Francof. ad Mœnum* 1655. *tom.* 2. *f.*°

B. MARTINUS. V. *Paullinus Benedict. Petrocorius*, & *Sulpicius Severus*.

MARTIUS, *Galeotus*. De dictis, & factis Matthiæ Ungariæ Regis. *Viennæ Austriæ* 1563. 8.°

MARTYROLOGIUM Romanum Gregorii XIII. jussu editum & a Cæs. Baronio Cardin. illustratum. *Accedit* Vetus Romanum Martyrologium una cum Martyrologio Adonis ad mss. exemplaria recensito, studio Heriberti Rosweydi. *Antuerpiæ*, *Plantinus* 1613. *f.*°

—— Idem cum notationibus ejusdem Baronii. *Venetiis* 1630. 4.°

—— a Benedicto XIV. auctum & castigatum. *Ibid.* 1749. 4.° — *V. Ferrarius*, *Philippus*, & *Holtenius*, & *Molanus*.

—— Vetustius Occidentalis Ecclesiæ. V. *Florentinius*, *Franc. Maria*.

—— Gallicanum. V. *de Suassay*.

—— Ecclesiæ Germanicæ. V. *Beckius*.

—— Franciscanum. V. *a Monasterio*.

MARZARIUS, *Franciscus*. V. *Peregrinus*, *M. Ant.*

MASCARDUS, *Augustinus*. Sylvarum libri quatuor. *Antuerpiæ*, *Plantinus* 1622. 4.°

MASENIUS, *Jacobus*. Speculum imaginum veritatis occultæ, exhibens Symbola, Hieroglyphi-

ca, Emblemata, & Ænigmata. *Coloniæ Ubiorum* 1664. 8.°

—— Utilis curiositas de humanæ Vitæ felicitate. *Colon. Agrippinæ* 1672. 8.°

—— Ars nova argutiarum epigrammatica, & epigraphica. *Coloniæ* 1660. 8.°

MASSARIUS, *Franciscus*. In nonum Plinii de naturali historia librum castigationes, & annotationes. *Basileæ*, *Frobenius* 1537. 4.°

MATHARELLUS, *Antonius*. V. *Hotmanus*.

MATINA, Leo. Venetorum Ducum icones, & elogia. *Patavii* 1659. *f.*°

MATTHÆACIUS, *Angelus*. De jure Venetorum, & jurisdictione Maris Adriatici. *Venetiis* 1617. 4.°

Accedit Dulphus, *Florianus*. Tractatus de sepulturis, capellis, statuis, epitaphiis, & defunctorum monumentis. *Bononiæ* 1641. 4.°

MATTHÆUS, *Antonius*. De Nobilitate, de Principibus, Ducibus, Comitibus &c. eorumque prærogativis. *Amstelod.* 1686. *tom.* 2. 4.°

MATTHIAS, *Christianus*. Theatrum historicum de quatuor Monarchiis. *Amstelodami*, *Elzevirius* 1648. 4.°

MATTHIOLI, *Petrus Andreas*. Opera omnia, *hoc est* Commentaria in Dioscoridem, & alia, a Casparo Bauhino illustrata & aucta. *Francofurti* 1598. *f.*°

MAUCLERUS, *Michael*. De Monarchia Divina, Ecclesiastica, & Sæculari christiana. *Lutet. Paris. Cramoisy* 1622. *tom.* 2. *f.*°

MAUROCENUS, *Andreas*. Historia Veneta ab anno 1521. usque ad annum 1615. *Venetiis* 1623. *f.*°

—— Eadem Historia, cum vita Auctoris a Nicolao Crasso conscripta. *Ibid.* 1719. *tom.* 3. 4.°

MAUROCENUS, *Franciscus*. V. *Gratianus*, *Joannes*.

MAUROCORDATUS, *Alexander*. Pneumaticum instrumentum circulandi sanguinis, *sive* de motu, & usu pulmonum. *Francof.* 1665. 12.°

MAUROLYCUS, *Franciscus*. Opuscula mathematica. *Venetiis*, *Franciscius* 1575. 4.°

S. MAXIMUS. Opera G-L. cum latina versione, & notis Francisci Combefis. *Parisiis*, *Cramoisy* 1675. *tom.* 2. *f.*°

de MAYERBERG, *Augustinus*. Iter in Moschoviam. *Anno* 1661. *f.*° *sine loco*, *&* *typographo*.

MAYOW, *Joannes*. Opera omnia Medico-physica. *Hagæ Comitum* 1681. 8.°

MAZINUS, *Jo. Baptista*. Mechanica Morborum. *Brixiæ* 1723. *tom.* 3. 4.°

—— Mechanica Medicamentorum. *Ibid.* 1734. 4.°

—— Institutiones Medico-mechanicæ. *Ibid.* 1739. 4.°

—— Conjecturæ physico-medico-hydrostaticæ de respiratione fœtus. *Ibid.* 1737. 4.°

MAZOCHIUS, *Jacobus*. Epigrammatà, *seu* Inscriptiones Urbis Romæ. *Romæ* 1521. *f.*°

MAZONIUS, *Jacobus*. In universam Platonis, & Aristotelis philosophiam præludia, *sive* de comparatione Platonis, & Aristotelis. *Venetiis* 1597. *f.*°

MAZZA, *Thomas*. V. *Sparavierius*.

MAZZOLENUS, *Albertus*. In Numismata ærea selectiora maximi moduli e Museo Pisano *olim*

Corrario Commentarii. *In Monasterio Benedicto-Casinate S. Jacobi Pontidæ Agri Bergomatis, Joan. Santinus, sumpt. Societ.* 1740. *f.° chart. deaurat.*

—— In idem Museum animadversiones. *Ibid.* 1741. *f.° chart. deaurat.*

—— Animadversiones (*posteriores*). *Ibid.* 1744. *f.° chart. deaurat. — Splendida editio.*

Numismata ærea selectiora maximi moduli e Museo Pisano, *olim* Corrario. *Venetiis, Jo. Baptista Albritius, Hieronym. fil. f.° sine anno, chartis deaurat.*

Postremum hoc volumen constat *Tabb. æreis* XCII. in quibus numismata maximi moduli CCXCVII. eleganter admodum cælata sunt.

MEBER, *Jo. Cornelius*. Anchora sauciatorum, *hoc est* liquor Stypticus, sanguinem confestim, & miraculose sistens. *Ferrariæ* 1687. 8.°

MEDICÆ artis Principes post Hippocratem, & Galenum, Græci latinitate donati, & latini. *Parisiis, Henricus Stephanus* 1567. *tom.* 2. *f.°*

Collectio hæc respondet descriptioni Burii N.° 1791. & rara est,

MEDICI antiqui omnes latini. *Venetiis, Aldi fil.* 1547. *f.°*

MEDIOBARBUS, *Joh. Antonius*. Ludovico Magno panegyricus Impp. Romanorum nummis contextus; in gallicum sermonem a Baudelot de Dairval; in italicum ab ipso auctore translatus. *Parisiis* 1703. 4.°

MEDIOBARBUS. *Franciscus*. V. *Occo*.

MEGISERUS, *Hieronymus*. Theatrum Cæsareum historico-poeticum quo omnium & singulorum Rom. Impp. cum icones ex antiquis numismatibus expressæ, tum vitæ descriptæ. *Lentiis ad Istrum* 1616. 12.°

MEIBOMIUS, *Jo. Henricus*. Mæcenas. *Lugd. Batav. Elzevirii* 1653. 4.°

MEIBOMIUS, *Marcus*. Antiquæ Musicæ auctores septem G-L. illustrati. *Amstelodami*, *Elzevirius* 1652. *tom.* 2. 4.°

MELA, *Pomponius*, Solinus, & alii. De Situ Orbis. *Venet. Aldus* 1518. 8.° — *V. Vossius, Jsaac.*

MELAMPUS *Medicus*. V. *Meletius*.

MELANCHTHON, *Philippus*. Opera omnia. *Witebergæ* 1580. *tom.* 4. *f.*° — *V. Camerarius, Philippus*, & *Carion*.

MELETIUS *Philosophus*. De natura, structuraque hominis — Polemon, de Naturæ signis — Hippocrates, de Hominis structura — Diocles, de tuenda valetudine — Melampus, de Nævis corporis; omnia Voltejo interprete. *Venetiis*, *Gryphius* 1552. 4.°

MELISSA. *V. Jamblicus*.

MENANDER, & Philemon. Reliquiæ, quotquot reperiri potuerunt. G-L. cum notis Hugonis Grotii, & Jo. Clerici. *Amstelodami* 1709. 8.°

MENANDER *Rhetor*. V. *Aphtonius*.

MENANDRINUS. *V. Marsilius Patavinus*.

MENCKENIUS, *Jo. Burch*. De charlataneria Eruditorum declamationes duæ cum notis Variorum. *Accedit* Epistola Sebast. Stadelii de circumforanea literatorum vanitate. *Amstelodami* 1727. 12.°

MENDEZ de Vasconcellos, *Jacobus*. V. *Resendius*.

MENETREIUS, *Claudius*. Symbolica Dianæ Ephesiæ statua exposita. *Romæ* 1688. *f.*°

Accedunt Lucæ Holstenii Epistola de Fulcris *seu* Verubus Dianæ Ephesiæ simulaero appositis: & Jo. Petri Bellorii Notæ in numismata Apibus insignita. *Ibid. an. eod.*

MENOCHIUS, *Jo. Stephanus*. Commentaria, *sive* explicationes totius Sacræ Scripturæ. *Antuerpiæ* 1678. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°

MENOCHIUS, *Jacobus*. Consilia, *sive* responsa juridica. *Venetiis* 1609. *tom.* 13. *vol.* 10. *f.*°

Accedit Index *f.*°

—— De præsumptionibus, conjecturis, signis, & indiciis commentaria. *Ibid.* 1617. *tom.* 2. *f.*°

—— De arbitrariis Judicum quæstionibus, & causis. *Ibid.* 1624. *f.*°

MENOLOGIUM Græcorum. G-L. *Urbini* 1727. *tom.* 3. *f.*°

MENTZELIUS, *Christianus*. Lapis Bononiensis in obscuro lucens. *Bilefeldiæ* 1675. 12.° — *V. Miscellanea curiosa &c.* (*in Nota*).

MERCATOR, *Nicolaus*. Institutiones Astronomicæ, cum tabulis Tychonianis, & Rudolphinis. *Londini* 1676. 8.°

MERCATOR, *Marius*. Opera cum notis, & dissertationibus Jo. Garnerii. *Parisiis*, *Cramoisy* 1673. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°

MERCATOR, *Gerardus*. Chronologia ab initio Mundi usque ad annum Domini 1568. *Colon. Agripp.* 1569. *f.*°

MERCATUS, *Ludovicus*. Opera omnia, medica, & chirurgica. *Francofurti* 1620. *tom.* 3. *vol.* 2. *f.*°

MERCURIALIS, *Hieronymus*. De arte gymnastica. *Amstelod.* 1672. 4.°

—— Variæ lectiones. *Venetiis* 1571. 4.°

—— Prælectiones Patavinæ de cognoscendis, & & curandis humani corporis affectibus. *Venetiis, Juntæ* 1627. *f.*°

—— Prælectiones Patavinæ in omnes Hippocratis Aphorismorum libros. *Bononiæ* 1619. *f.*°

—— Consultationes, & responsa medicinalia. *Venetiis, Juntæ* 1624. *f.*°

—— Opuscula aurea, & selectiora varii argumenti. *Ibid. Juntæ* 1644. *f.*°

—— Prælectiones Bononienses in secundum librum Epidemiorum Hippocratis. *Forolivii* 1626. *f.*°

—— Commentarii in Hippocratis Prognostica, Prorrhetica, de victus ratione in morbis acutis, & epidemicas historias; *additis* tractatibus de hominis generatione, vino, & aqua, balneisque Pisanis. *Francofurti* 1602. *f.*°

MERCURIUS *Trismegistus*. V. *Zarlino* inter Italos.

MERCURIUS *Gallo-Belgicus*, Gottardo Artho, Georgio Beato, M. Joan. Philippo Abelino, Jo. Georgio Schledero, & A. P. F. B. auctoribus ab anno 1555. usque ad an. 1653. *Francofurti tom.* 29. *vol.* 31. 8.°

MERSENNUS, *Marinus*. Quæstiones in Genesim. *Accedunt* observationes, & emendationes ad Francisci Georgii Veneti Problemata. *Lutet. Paris. Cramoisy* 1623. *f.*°

—— Harmonicorum libri XII. in quibus agitur de Sonorum natura, causis, effectibus, &c. de Modis, Cantibus, Compositione, orbisque

totius instrumentis. *Lutet. Paris. Baudry* 1648. *f.° fig.*

Opus hoc præstantissimum gallice primo conscriptum editumque Parisiis anno 1636-37. postea ab auctore suo in latinum sermonem versum prodiit an. 1648. quamplurimis auctum additamentis; estque raritatis sane perspectæ.

—— Cogitata physico-mathematica, cum novis observationibus physico-mathemat. *Ibid.* 1644. 4.°

—— Universæ Geometriæ, mixtæque Mathematicæ synopsis, ex variis Auctoribus concinnata, cum novis observationibus. *Ibid.* 1644. 4.°

MERULA, *Paulus*. Cosmographia generalis, & Geographia particularis. *Amstelodami*, *Hondius* 1621. *f.°*

—— Eadem *Ibid. Blaeu* 1636. *tom.* 6. 12.°

—— Opera varia posthuma ad antiq. Roman. spectantia, nempe de Sacrificiis, Sacerdotibus, Legibus, Comitiis &c. *Lugd. Batav.* 1684. 4.°

MESSAHALAH. *V. Hyginus*, *C. Jul.*

MESUE, *Joannes*. Opera, Jacobo Sylvio interprete, cum observationibus Variorum, & supplemento in librum II. Petri Aponi, & Francisci Pedemontani. *Venetiis*, *Juntæ* 1623. *f.°*

METERANUS, *Emmanuel*. Historia Belgica. *In Ubiis* 1597. 1610. *tom.* 2. *f.°*

S. METHODIUS. Convivium decem Virginum G-L. cum notis Leonis Allatii, ejusdemque diatriba de Methodiorum scriptis. *Romæ* 1656. 8.°

S. METHODIUS *Patarensis*. V. *S.S. Amphilochius &c.*

METOCHITA, *Theodorus*. Historia Romana

G. L. cum notis Joannis Meursii. *Lugd. Batav.* 1618. 4.°

—— Paraphrasis in libros octo physicorum Aristotelis, Gentiano Herveto interprete. *Basileæ* 1559. 4.°

MEURSIUS, *Joannes*. Historia Danica, & Belgica. *Item* De rebus gestis a Gulielmo Auriaco, &. Ferdinando Albano. *Amstelod. Blaeu* 1638. *f.*°

—— Pisistratus, *sive* de ejus vita, & tyrannide. *Lugd. Batav. Elzevirius* 1623. 4.°

—— Theseus, *sive* de ejus vita, rebusque gestis. *Accedunt* paralipomena de pagis Atticis, & excerpta ex Jac. Sponii itinerario. *Ultrajecti* 1684. 4.°

—— Ceramicus geminus. *Trajecti ad Rhenum* 1663. 4.°

—— Solon, *sive* de ejus vita, & legibus. *Hafniæ* 1632. 4.°

—— Theophrastus, *sive* de illius libris, qui injuria temporis interciderunt; additis lectionibus Theophrasteis. *Lugd. Batav. Elzevirius* 1640. 12.°

—— Archontes Athenienses, Areopagus, & Cecropia, *sive* de Athenarum Arce. *Ibid. Elzevirius* 1622. 4.°

—— Atticarum Lectionum libri VI. *Ibid. Elzevirius* 1617. 4.°

—— De Regno Laconico; ac de Piræeo, cum animadversionibus in Helladii Chrestomathiam. *Ultrajecti* 1687. 4.°

—— Creta, Cyprus, Rhodus. *Amstelodami* 1675. 4.°

—— Fortuna Attica, *sive* de Athenarum ori-

gine, incremento &c. *Lugduni Batavorum* 1622. 4.°

—— Græcia feriata, *sive* de Festis Græcorum; de Regibus Atheniensium, eorumque rebus gestis — Panathenæa, *sive* de Minervæ illo gemino Festo — Eleusinia, *sive* de Cereris Eleusinæ Sacro, ac Festo. *Ibid. Elzevirius* 1619. 4.°

—— Græcia ludibunda, *sive* de Ludis Græcorum. *Ibid. Elzevirius* 1625. 8.°

—— Athenæ Batavæ, *sive* de Urbe Leidensi, & Academia, Virisque claris. *Ibid. Claucquius, & Elzevirii* 1625. 4.°

—— Roma luxurians, *sive* de Luxu Romanorum. *Hafniæ* 1631. 4.°

—— Orchestra, *sive* de Saltationibus veterum — de Populis Atticæ — de tragœdiis Æschyli, Sophoclis, & Euripidis. *Lugd. Batav.* 1618. 4.°

—— Denarius Pythagoricus. *Ibid. Maire* 1631. 4.°

—— Arboretum sacrum. *Ibid. Elzev.* 1642. 8.°

—— Exercitationum criticarum Partes II. quarum *prima* curarum Plautinarum commentarium; *secunda* Miscellarum libros quatuor complectitur. *Ibid. Elzevirius* 1599. 8.°

Accedit Index manu scriptus Operum editorum Jo. Meursii ab ipso Auctore missus ad Illustrissimum Dominicum Molinum Venètias an. 1622. Mens. Jul. *Item* Index alius Operum non editorum ex literis ejusdem Meursii ad eundem Molinum datis ad diem XI. Aprilis an. 1629.

MEYERUS, *Jacobus*. Annales, *sive* Historiæ rerum Belgicarum. *Francof. ad Mœnum* 1580. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°

de MEZAVACHIS, *Flaminius*. Ephemerides Felsineæ recentiores. *Bononiæ* 1675. *tom.* 3. 4.°

MICHAEL *Ephesius*. Scholia in IV. libros Aristotelis de partibus animalium, Dominico Monthesauro interprete. *Basileæ*, *Perna* 1559. 8.°

MICHELIUS, *Petrus Antonius*. Nova Plantarum genera juxta Tournefortii methodum disposita. *Florentiæ* 1729. 4.°

MICHELOTTI, *Petrus Antonius*. Apologia pro Jo. Bernoullio in supputatione curvaturæ motricis fibræ in musculorum motu inflatæ, contra Ric. Mead. *Venetiis* 1727. 4.° — *V. Jurinus*.

de MIDDELBURGO, *Paulus*. Paulina, *seu* Tractatus suo nomine inscriptus, de recta Paschæ celebratione, & de die Passionis Domini nostri Jesu Christi. *Forosempronii* 1513. *f.*°

Rari operis nitidissimum exemplar; sed deest dimidium folii *F F* libri XIX. in cujus locum pagina non impressa suffecta fuit.

MIDDENDORPIUS, *Jacobus*. Academiæ celebres universi Terrarum Orbis. *Colon. Agripp.* 1602. *tom.* 2. 8.°

MILLIET Dechales, *Claud. Franciscus*. Cursus, *seu* Mundus mathematicus. *Lugduni* 1690. *tom.* 4. *f.*°

MILLIEUS, *Antonius*. Moyses Viator, *seu* Imago militantis Ecclesiæ Mosaicis peregrinantis Synagogæ typis adumbrata. *Lugduni* 1636. 8.°

MINDERERUS, *Raymundus*. De Pestilentia. *Aug. Vindel.* 1619. 8.°

MINGARELLIUS, *Jo. Aloysius*. V. *Codices*.

de MINISCALCHIS, *Aloysius*. Mororum libri III. Carminum liber. *Veronæ* 1679. 4.°

MINUCIUS, *M. Felix*. Octavius; *nempe* Dialogus inter Octavium Christianum, & Cæcilium Gentilem, disputantes de veritate Religionis Christianæ, cum Variorum notis; ex recensione Jac. Ouzelii, & cum animadversionibus Jo. Meursii. *Accedit* Julius Firmicus Maternus; De errore profanarum Religionum. *Lugd. Batav. Hackius* 1672. 8.°

MISCELLANEA curiosa, *seu* Ephemerides medico-physicæ German. Academiæ Naturæ Curiosorum &c. *Volumina* XI., *quorum plura cum Appendicibus*. 4.° *fig.* — *V. Acta Physico-Medica*.

Præstat explanare quo loco, anno, & ordine Volumina singula edita sint; quæque, præter *Appendices* operi conjunctas, habeant *Additamenta*.

Volumen primum, *Lipsiæ* 1670. — Vol. secundum, *Jenæ* 1671. — Vol. tertium, *Lipsiæ & Francofurti* 1673. — Vol. quartum, *Francofurti & Lipsiæ* 1676. Huic accedit: *Memoria Sachsiana, seu de vita & morte Philip. Jacob. Sachsii, & de calculis in ejus corpore repertis*. Lipsiæ 1675. 4.° nec non: *Mausolea trium Neotericorum Guidonis Patini, J. Georgii Felweri, & Philip. Jacob. Sachsii, accinente Carolo Sponio* 4.° — Vol. quintum, *Francofurti & Lipsiæ* 1677. cui subditur *Ms. Catoptricum in Jacob. Jani Bibliotheca repertum*. Francofurti ad Mœnum & Lipsiæ 1676. — Vol. sextum, *Vratislaviæ & Bregæ* 1678. In hoc volumine (quod in quibusdam aliis præstitum opere continuante) additus in calce est *Catalogus Librorum medico-physicorum passim editorum* 4.° — Vol. septimum, *Ibid.* 1680.

His septem voluminibus continetur Decuria I. ab anno MDCLXX. ad an. MDCLXXIX. Volumina quæ sequuntur pertinent ad Decuriam II. sed hæc manca est, & ordo voluminum intermissus.

Volumen octavum, annus primus Decur. II. (MDCLXXXII.). *Norimbergæ* 1683. — Vol. nonum, annus se-

secundus (MDCLXXXIII.). *Ibid.* 1684. — Vol. decimum, annus tertius (MDCLXXXIV.) *Ibid.* 1685. cui adiecta est *Sylloge minutiarum Lexici Latino-Sinici-Characteristici exposita a Christiano Mentzelio*. Ib. an. eod. — Volumen undecimum, annus sextus (MDCLXXXVII.) *Ibid.* 1688. Accedit *Gothofredi Polisii Myrrhologia, seu Myrrhæ disquisitio curiosa.* Ibid. an. eod.

MISCELLANEA Berolinensia ad incrementum Scientiarum ex Scriptis Societati Regiæ exhibitis. *Volumina* VII. 4.° *fig. scilicet:*

Volumen primum. *Berolini* 1749. — Vol. secundum, h. e. *Continuatio* I. *Ibid.* 1723. — Vol. tertium, h. e. *Continuatio* II. *Ibid.* 1727. — Vol. quartum, h. e, *Continuatio* III. *Ibid.* 1734. — Vol. quintum, h. e. *Continuatio* IV. *Halæ Magdeburgicæ* 1737. — Vol. sextum, h. e. *Continuatio* V. *Berolini* 1740. — Vol. septimum, h. e. *Continuatio* VI. *Ibid.* 1743.

Volumen primum unum ex iis est, quæ deficientibus exemplaribus impressis an. 1710. quo primum Miscellaneorum Specimen prodiit, denuo cusa fuere an. 1749. Cæterum series absolutissima est. Anno vero 1746. in publicum emissa fuerat *Histoire de l'Academie Royale des Sciences, & des Belles Lettres de Berlin année* MDCCXLV. quam vide *inter Gallos*.

MISLERUS *Jo. Nicolaus*. Speculum Anti-Jesuiticum. *Giessæ* 1660. 4.°

MISSORIUS, *Raymundus*. Disputationes criticæ in duas Epistolas a Donatistis confictas adversus Decretum S. Stephani Papæ I. de non iterando Hæreticorum Baptismo. *Venetiis* 1733. 4.°

MIZALDUS, *Antonius*. Memorabilium Arcanorum centuriæ IX. cum appendice variorum Auctorum, & Harmonia cœlestium corporum, & humanorum. *Francofurti* 1592. 16.° — *V. Gemma Frisius*.

MOCENICUS, *Andreas*. Bellum Cameracense. *Venetiis*, *de Vitalibus* 1525. 8.°

MOCENICUS, *Aloysius*. V. *Bonetus*.

MODESTUS. *V. Ælianus Cl.* & *Leo Imperator*, & *Scriptores veteres*.

MODIUS, *Franciscus*. Pandectæ Triumphales, *sive* descriptio pomparum, festorum, apparatuum, spectaculorum, ludorum &c. veterum, ac recentiorum. *Francof.* 1586. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°

MODRONUS, *Ludovicus*. Directiones, aliæque astronomicæ operationes per novas domorum Tabulas absolvendæ. *Bononiæ* 1641. 4.°

MODUS legendi abbreviaturas in Jure Civili, & Pontificio. *Venetiis* 1595. 8.°

MOESTLINUS, *Michael*. Chronologicæ theses, & Tabulæ ad investiganda tempora historiarum, & Epocharum potissimarum, præsertim Sacrarum, a creatione Mundi ad ultimam Hierosolymorum vastationem accommodatæ, studio, & cura Samuelis Hafenrefferi. *Tubingæ* 1641. 4.°

MOLANUS, *Joannes*. De historia sacrarum Imaginum, & Picturarum, pro vero earum usu contra abusus. *Lugduni* 1619. 8.°

—— Usuardi Martyrologium, quo Romana Ecclesiæ, & aliæ utuntur, jussu Caroli M. conscriptum. *Item* Appendix ad Usuardi Martyrologium, & Tractatus de Martyrologiis Jo. Molano Authore. *Antuerpiæ* 1583. 8.°

Accedit Molani ejusdem Indiculus Sanctorum Belgii. *Ibid. an. eod.* 8.°

MOLETIUS, *Joseph*. Ephemerides ab anno 1564. ad annum 1584. *Venetiis*, *Franciscius* 1564. 4.°

—— Tabulæ Gregorianæ motuum octavæ Sphæræ, ac luminarium ad usum Calendarii Eccle-

siastici, & ad Urbis Romæ meridianum supputatæ. *Ibid. Deuchinus* 1580. 4.°

MOLINA, *Ludovicus*, *S. J.* Commentaria in primam D. Thomæ partem. *Accedunt* Disputationes ex libro Concordiæ liberi arbitrii cum gratiæ donis excerptæ. *Lugduni* 1593. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°

MOLINA, *Ludovicus*, *JC.* De Hispanorum Primogeniorum origine, ac natura. *Lugduni* 1588. *f.*°

MOLINÆUS, *Carolus*. Opera omnia. *Parisiis* 1681. *tom.* 5. *f.*°

MOLINET, *Claudius*. Historia Summorum Pontificum a Martino V. ad Innocent. XI. per eorum numismata. *Lutetiæ* 1679. *f.*° — *V. Bonanni*.

MOLINETTUS, *Antonius*. Dissertationes anatomico-pathologicæ. *Venetiis* 1675. 4.°

MOLLERUS, *Dan. Guilielmus*. Meditatio de Insectis quibusdam Hungaricis prodigiosis ex aere cum nive delapsis. *Francof. ad Mænum* 1673. 8.°

de MONACIS, *Laurentius*. Chronicon de Rebus Venetis ab U. C. ad annum MCCCLIV. *Venetiis* 1758. 4.°

MONARDUS, *Nicolaus*. V. *Clusius*.

a MONASTERIO, *Arturus*, seu *du Monstier*. Martyrologium Franciscanum. *Parisiis* 1653. *f.*°

—— Neustria Pia, *seu* de omnibus Abbatiis & Prioratibus totius Normanniæ. *Rothomagi* 1663. *f.*° — *Opus perrarum*.

MONCÆJUS, *Franciscus*, Disquisitio de Magia divinatrice, & operatrice. *Francof.* 1683. 4.°

MONS Orationis. *V.* Cavalca *inter Italos*.

du MONSTIER, *Arturus*. V. *a Monasterio*.

MONTACUTIUS, *Richardus*. Apparatus ad Origines Ecclesiasticas. *Oxoniæ* 1635. *f.°*

—— Origines Ecclesiasticæ. *Londini* 1636. *tom.* 2. *f.°*

MONTALBANUS, *Ovidius*. Curæ analyticæ aliquot naturalium observationum circa Aldrovandicas historias. *Bononiæ* 1671. *f.°* — *V. Bumaldus*.

MONTALTIUS, *Ludovicus*, detracta larva, Paschalius *Blasius*. Literæ Provinciales de morali, & politica Jesuitarum disciplina, e gallica in latinam linguam translatæ, notisque theologicis illustratæ a Willelmo Wendrockio. *Coloniæ* 1665. 8.° — *V. Stubrochius*.

a MONTE, *Guidus Ubaldus*. In duos Archimedis Æqueponderantium libros paraphrasis scholiis illustrata. *Accedunt* de Cochlea libri IV. *Pisauri* 1588. *f.°*

de MONTE Regio. V. *Purbachius*.

de MONTFAUCON, *Bernardus*. Antiquitas explanatione, & schematibus latine, & gallice illustrata. *Parisiis* 1719. *tom.* 15. *f.°*

—— Palæographia Græca, *sive* de ortu, & progressu Literarum Græcarum. *Ibid.* 1708. *f.°*

—— Bibliotheca Coisliniana, olim Segueriana. *Ibid.* 1715. *f.°*

—— Diarum Italicum, *sive* Monumentorum, Bibliothecarum, Museorum &c. notitiæ in itinerario Italico collectæ. *Ibid.* 1702. 4.°

MONTIUS, *Cæsar*. V. *Boldonius*, *Octavius*.

MONUMENTA Paderbornensia ex historia Romana, Francica, Saxonica eruta, inscriptionibus & notis illustrata, editio auctior. *Amstelodami*, *Elzevirius* 1672. 4.° *fig.*

Accedit Panegyricus die natali Academiæ Theodorianæ Paderbonensis Theodoro Principi & Episcopo fundatori a Collegio Academico S. J. oblatus, & in tres libros divisus; editio altera. (*Ibid. apud eumd.*) 1671. 4.°

MONUMENTA Vetustatis Kempiana in duas partes divisa; quarum altera Mumias, Simulacra, Statuas &c. altera Nummos materia, modoque diversos continet, præmisso huic de Asse & partibus ejus commentario. *Londini* 1719-20. 8.° — *V. Glareanus*.

de MONZAMBANO, *Severinus*. De Statu Imperii Germanici. *Veronæ* 1668. 12.°

MORCELLI, *Steph. Antonius*. Inscriptiones commentariis subjectis. *Romæ* 1783. 4.°

MORELLIUS, *Guillelmus*. Thesaurus vocum omnium Latinarum, quibus Græcæ, & Gallicæ respondent. *Parisiis* 1622. 4.°

MORELLIUS, *Andreas*. Thesaurus Morellianus, *sive* numismata Romanarum Familiarum, nummi Miscellanei Urbis Romæ, & alii cum commentario Sigeberti Havercampi. *Amstelodami* 1734. *tom.* 2. *f.*° — *V. Liebe*.

MORELLIUS, *Jacobus*. Codices Mss. latini Bibliothecæ Nanianæ. *Accedunt* Opuscula inedita ex iisdem deprompta. *Venet.* 1776. 4.°

—— Bibliotheca Maphæi Pinellii descripta, & annotationibus illustrata. *Ibid. tom.* 6. 8.°

—— Bibliotheca manuscripta Græca & Latina. *Bassani* 1802. *tom. primus* 4.° — *V. Aristides*, & *Dio Cassius*, & *Manutius*, *Aldus*, *senior*.

MORETUS, *Theodorus*. Tractatus physico-mathematicus de æstu Maris. *Antuerpiæ* 1665. 4.°

MORGAGNUS, *Jo. Baptista*. Adversaria Ana-

tomica omnia. *Patavii*, *Cominus* 1719. 4.° — *V. Celsus*, & *Valsalva*.

MORHOFIUS, *Dan. Georgius*. De Patavinitate Liviana. *Kiloni* 1685. 4.°

—— De Scypho vitreo per certum humanæ vocis sonum fracto. *Ibid.* 1682. 4.°

—— Polyhistor Literarius, Philosophicus, & Practicus cum accessionibus Viror. Clarissimor. &c. editio quarta. *Lubecæ* 1747. *tom.* 2. 4.°

MORINUS, *Joannes*. Commentarius historicus de Sacramento Pœnitentiæ. *Antuerpiæ* 1682. *f.*°

—— Exercitationes Ecclesiasticæ. *Paris.* 1634. 4.°

—— Exercitationes Biblicæ de Hebræi, Græcique textus sinceritate. *Ibid.* 1633. 4.° — *V. Antiquitates Ecclesiæ* &c.

MORINUS, *Jo. Baptista*. Astrologia Gallica. *Hagæ Comitis* 1661. *f.*°

—— Astronomia restituta complectens IX. Partes hactenus optatæ Scientiæ Longitudinum cœlestium *nec non* terrestrium. *Parisiis* Pars I. II. III. IV. V. 1634. Pars VI. *Ibid.* 1636. Pars VII. *Ibid.* 1637. Partes VIII. & IX. *Ibid.* 1639. 4.°

Post Partem IX. protinus addita sunt, eod. Morino auctore, quæ sequuntur: *Coronis Astronomiæ restitutæ*. Parisis 1641. 4.° — *Defensio Astronomiæ restitutæ*. Ibid. 1644. 4.° — *Famosi & antiqui Problematis de telluris motu vel quiete solutio*. Ibid. 1657. 4.° — *Responsio pro telluris quiete*. Ibid. an. eod. 4.° — *Alæ Telluris fractæ contra Copernicum*. Ibid. an. eod. 4.° — *Tabulæ Rudolphinæ ad Meridianum Uraniburgi supputatæ*. Ibid. an. eod. 4.° — *Trigonometria Canonica*. Ibid. an. eod. 4.° — *Dissertatio de Atomis & Vacuo contra Gassendum*. Ibid. an. eod. 4.° — *Et* Panurgi, *Vincentii*, Epistola de tribus Impostoribus, *scilicet*,

Petro Gassendo, Francisco Bernerio, & Neuræo Pi-
ctone. *Ibid. an. eod.* 4.°

MORINUS, *Stephanus*. Exercitationes de Lingua primæva. *Ultrajecti* 1694. 4.°

MORISON, *Robertus*. Plantarum historiæ universalis Oxoniensis, *seu* Herbarum distributio nova. *Oxonii, e theatr. Sheldon.* 1725. *tom.* 3. *vol.* 2. *f.°*

MORISOTUS, *Claud. Barthol.* Orbis maritimi, *sive* Rerum in Mari, & littoribus gestarum generalis historia. *Divione* 1643. *f.°*

MORNAYUS, *sive* Mornæus, *Philippus*. Mysterium iniquitatis, *seu* historia Papatus. *Salmurii* 1611. *f.°* — *V. Coquæus*.

MOROTIUS, *Carolus Joseph*. Theatrum Chronologicum sacri Cartusiensis Ordinis. *Taurini* 1681. *f.°*

MORUS, *Thomas*. De optimo Reipublicæ statu, deque nova Insula Utopia. *Lovanii* 1548. 8.° — *V. Jacobus I.*

MOSCHUS. *V. Bion*.

MOSCOVITICARUM rerum Auctores varii. *Francof.* 1600. *f.°*

MOSHEMIUS, *Jo. Laur.* Dissertationes ad Historiam Ecclesiasticam pertinentes. *Altonacuæ & Flensburgi* 1743. *tom.* 2. 8.°

MOTTA, *Joseph*. Diatriba de Divortiatorum jure. *Venetiis* 1727. 4.°

—— Dissertatio de Metropolitico jure. *Ibid.* 1726. 4.°

MOUSNERIUS, *Petrus*. Philosophia, complectens Scientiarum metodum, Logicam analyticam, & aliquot controversias logicas. *Lugduni* 1646. 4.°

—— Metaphysica demonstrativa, *sive* scientia

rationum universalium; cuncta excerpta ex præ-lectionibus Hon. Fabri. *Ibid.* 1648. 4.°

—— Tractatus physicus de motu locali. *Ibid.* 1646. 4.°

MULERIUS, *Nicolaus*. Judæorum Annus Lunæ-Solaris, & Turc-Arabum mere lunaris, cum anno Romano facile connexus. *Groningæ* 1630. *f.*°

MULMANNUS, *Joannes*. V. *Conringius*.

MUNCKERUS, *Philippus*. De intercalatione variarum Gentium, & præsertim Romanorum. *Lugd. Batav. Hacklus* 1680. 8.°

a MUNDELHEIM, *Nebridius*. Antiquarium Monasticum. *Viennæ Austriæ* 1650. *f.*°

MUNSTERUS, *Sebastianus*. Cosmographia universalis. *Basileæ*, *Henric. Petr.* 1572. *tom.* 2. *f.*°

— *V. Novus Orbis*.

—— Grammatica Hebræa. *Ibid.* 1543. 8.°

MURATORIUS, *Ludovicus Antonius*. Rerum Italicarum Scriptores. *Mediolani* 1723. *tom.* 25. *vol.* 28. *f.*°

—— Antiquitates Italicæ Medii Ævi. *Ibid.* 1738. *tom.* 4. *f.*°

—— Novus Thesaurus veterum Inscriptionum. *Ibid.* 1739. *tom.* 4. *f.*°

—— Anecdota Græca ex mss. Codicibus eruta, latio donata, & notis aucta. *Patavii* 1709. 4.°

—— Anecdota latina ex Ambrosianæ Bibliothecæ Codicibus eruta, notis, & disquisitionibus aucta. *Mediolani* 1697. & *Patavii* 1713. *tom.* 4. *vol.* 2. 4.°

—— De Paradiso, cœlestique gloria, non expectata corporum resurrectione, Justis a Deo con-

lata, adversus Thomæ Burnetii Britanni librum de Statu Mortuorum. *Veronæ* 1738. 4.°
—— De ingeniorum moderatione in Religionis negotio sub nomine *Lamindi Pritanii*. Venetiis 1727. 4.°
—— Liturgia Romana vetus tria Sacramenta complectens &c. *Ibid.* 1748. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°
— *V. Cyriacus, Anconitanus.*

MURETUS, *M. Antonius*: Orationes, & reliqua Opera. *Veronæ* 1727. *tom.* 5. 8.°
—— Orationes, Epistolæ, & Poemata. *Lipsiæ* 1672. 8.°
—— Variæ lectiones. *Parisiis* 1586. 8.°

MUSEUM Calceolarianum Veronense a Benedicto Ceruto inceptum, & ab Andrea Chiocco perfectum. *Veronæ* 1622. *f.*° — *V. Olivus.*
—— Collegii Romani S. J. continens Statuas, Imagines, Picturas &c. *V. Kircherus.*
—— Florentinum. V. *Gorius.*
—— Hermeticum reformatum & amplificatum. *Francofurti* 1678. 4.°
—— Italicum. *V. Mabillon.*
—— Mazzuchellianum, *seu* Numismata Virorum doctrina præstantium a Petr. Ant. de Comitibus Gaetanis illustrata; accedente versione italica a Cosimo Mei elaborata. *Venetiis, Zatta* 1661-63. *tom.* 2. *f.*° *fig.*
—— Nummarium Milano-Viscontianum. *Trajecti ad Rhenum* 1782. 8.°
—— Odescalcum, *sive* Thesaurus antiquarum Gemmarum. *Romæ* 1751. *tom.* 3. *vol.* 1. *f.*° *fig.*
—— Theupolum. *Venetiis* 1736. *tom.* 2. 4.° sine typographo — *Exemplar eleganter compactum, & chart. deaurat.*

—— Romanum, in quo dilucidantur Gemmæ, Idola &c. — *V. Causeus.*

—— Veronense. *V. Maffeius, Scipio* = *V. Monumenta Vetustatis*, & *Numismata &c.*

MUSÆUS. Erotopægnion, *seu* lusus de amoribus Herus, & Leandri G-L. cum commentario Danielis Parei. *Accedit* Musæi paraphrasis a Gulielmo de Mara; *nec non* latina versio a Casp. Barthio, cujus additi sunt libri III. Leandreidos &c. carmine; *&* *in calce* Clementis Maroti *Musæus*, c'est a dire, *Histoire de Leander & Hero*, gallice. *Francof.* 1627. 4.°

MUSELLIUS, *Jacobus*. Numismata antiqua collecta & edita. *Veronæ* 1751. *tom.* 4. *f.*°

Accedunt Antiquitatis reliquiæ tabulis incisæ, & illustratæ. *Ibid.* 1756. *f.*° *fig.*

VAN MUNSSCHENBROEK, *Petrus*. Dissertationes physicæ experimentalis, & geometricæ, de Magnete; de tubis capillaribus vitreis, ac speculis; de magnitudine Terræ, & cohærentia corporum firmorum. *Accedunt* Ephemerides meteorologicæ Ultrajectinæ. *Lugd. Batav.* 1729. 4.°

MUSICÆ antiquæ Auctores septem. *V. Meibomius, Marcus.*

MYIA. *V. Jamblicus.*

MYLIUS, *Jo. Daniel.* Opus medico-chymicum. *Francof.* 1618. *tom.* 4. 4.°

—— Antidotarium medico-chymicum reformatum. *Ibid.* 1620. 4.°

—— Anatomia auri, *sive* tyrocinium medico-chymicum. *Ibid.* 1628. 4.°

—— Philosophia reformata. *Ibid.* 1622. 4.°

—— Pharmacopœa Spagyrica. *Ibid.* 1628. *f.*°

MYTHOGRAPHI Latini cum commentariis Tho-

mæ Munckeri. *Amstelod.* 1681. *tom.* 2. *vol.* 1. 8.°

NADANYUS, *Joannes*. Florus Hungaricus, *sive* rerum Hungaricarum compendium. *Amstelodami* 1663. 12.°

de NADASD, *Franciscus*. Mausoleum Regni Appostolici Regum, & primorum militantis Hungariæ Ducum, elogiis, & figuris illustratum. *Norimbergæ* 1664. *f.*° *fig.*

NANCELLIUS, *Nicolaus*. Analogia Microcosmi ad Macrocosmon. *Lutet. Paris. Morellus* 1611. *f.*°

NANI, *Bernardus*. De duobus Imperatorum Rassiæ Nummis 1752. 8.°

NANI, *Baptista*. V. *Gallici*.

NANIORUM Codices Græci & Latini. *V. Mingarellius*, & *Morellius*, *Jacob.*

NARDIUS, *Balth.* Expunctiones locorum, qui in libro de Papatu Romano ignoti Auctoris depravantur. *Lutet. Paris.* 1618. 4.°

NARDIUS, *Joannes*. De Rore disquisitio physica. *Florentiæ*, *Massa* 1642. 4.°

—— De Igne subterraneo. *Ibid. Massa* 1641. 4.°

—— Noctes Geniales. *Bononiæ* 1656. 4.°

NASCIMBENIUS, *Nascimbenus*. Commentarius in M. T. Ciceronis libros de Inventione. *Accedunt* Bernardini Feliciani Orationes V. Caroli Sigonii orationes IV. & aliæ Variorum habitæ in Concil. Trident. *Venet.* 1564. *annisq. aliis*. 4.°

NATALIS, *Hieronymus*. Adnotationes & meditationes in Evangelia totius anni cum tabulis æneis. *Antuerpiæ*, *Nutius* 1595. *f.*° *fig.* — *Editio princeps*.

NATTA, *M. Antonius*, De Deo. *Venetiis*, *P. Manutius* 1559. *f.°*

—— De Pulchro. *Ibid.* 1555. *f.°*

NAU, *Michael*. Ecclesiæ Romanæ, Græcæque vera effigies. *Accedit* Religio Christiana contra Alcoranum. *Lutet. Paris.* 1680. 4.°

NAUCLERUS, *Joannes*. Chronica ab initio Mundi ad annum Christi MDXLIV. *Coloniæ* 1544. *f.°*

NAUDÆUS, *Gabriel*. Panegyricus dictus Urbano VIII. P. M. ob beneficia ab ipso in M. Tho. Campanellam collata. *Parisiis*, *Cramoisy* 1644. 8.°

—— Quæstiones Jatro-philologicæ. *Genevæ* 1647. 8.°

—— Syntagma de studio militari. *Romæ* 1637. 4.°

—— Tabularii majoris Templi Reatini instauratio. *Romæ* 1640. 4.°

NAUGERIUS, *Andreas*. Opera omnia *Patavii*, *Cominus* 1718. 4.°

—— Orationes duæ, & carmina nonnulla. *Venetiis*, *Tacuinus* 1530. *f.°*

Pagina XXXVII. tergo hujus exemplaris, in margine, deprehendi epigramma ms. sane venustum, auctore Hieronymo Donato P. V. ad imitationem illorum Naugerii versuum de Hyella: *Nam quoties a me nitidos avertis ocellos &c.* quod epigramma cum nunquam impressum viderim, neque relatum sit a P. *degli Agostini* in opere *degli Scrittori Veneziani*, qui *tom.* 2. *pag.* 237. Donati Carminum spicilegium quodammodo instituit, hic describendum duxi.

„ In me cum dulceis convertis, Julia, ocellos,
„ Tunc vivo; tunc me dixeris esse aliquid.
„ A me cum dulceis avertis, Julia, ocellos,
„ Tunc morior; tunc me dixeris esse nihil „.

NAUGERIUS, *Bernardus Card.* V. *Valerius Augustinus*.

NEBRISSENSIS, *Ælius Antonius*. Dictionarium latino-hispanicum, & hispanico-latinum. *Antuerpiæ* 1560. 4.°

NECTARIUS *Patriarcha*. Confutatio imperii Papæ in Ecclesiam. *Londini* 1717. 8.°

NEPERUS, *Joannes*. Logarithmorum canonis descriptio, ejusque usus explicatio. *Edinburgi* 1614. 4.°

NERIUS, *Antonius*. De Arte Vitraria libri VII. latine versi, & observationibus ac notis a Christophoro Merretto illustrati. *Amstelodami* 1668. 12.°

NEUMANNUS, *Franciscus*. Populorum & Regum Nummi veteres inediti. *Vindobonæ* 1779. 4.°

NEUWALDUS, *Joannes*. De antiquis Westphaliæ Colonis commentarius. *Osnabrugi* 1674. 4.°

NEWTON, *Isaacus*. Optice, *sive* de reflectionibus, refractionibus, inflectionibus, & coloribus Lucis. *Londini* 1706. 4.°

—— Philosophiæ naturalis principia mathematica. *Amstel. sumpt. Societ.* 1714. 4.°

—— Opuscula Mathematica, Philosophica, & Philologica. *Lausanæ, & Genevæ* 1744. *tom.* 3. 4.° — *V. Varenius*.

NICANDER, *Jasseus* (Azevedo, *Emmanuel*) Venetæ Urbis descriptio concinnata an. 1760. edita an. 1780. *Venetiis* 8.°

NICASIUS, *Claudius*. De nummo Pantheo Hadriani Imperatoris dissertatio. *Lugduni* 1690. 4.°

NICEPHORUS *Patriarcha*. Chronologia secundum Græcorum rationem temporibus expositis,

latine versa, & explicata a Joachimo Camerario. *Basileæ*, *Oporinus* 1561. *f.*°

NICEPHORUS *Callistus*. Historia Ecclesiastica, latine tantum ex interpretatione Jo. Langi. *Basileæ*, *Oporinus*, 1561. *f.*°

NICERO, *Jo. Franciscus*. Thaumaturgus Opticus. *Lutet. Paris.* 1646. *f.*°

NICOLAI, *Jo. Baptista*. Nova Analyseos elementa. *Patavii* 1786. *tom. primi Partes* II. 4.° — *tom. secundus numquam prodiit*.

NICOLAI, *Johannes*. Tractatus de Siglis veterum. *Lugd. Bat.* 1706. 4.°

NICOLAUS I. *Pont. Max.* Epistolæ XVI. *Accedunt* Gesta Principum occidentalis Imperii ex Reginone potissimum, & Sigeberto breviter commemorata. *Romæ* 1542. *f.*°

NICOLAUS, *Jo. Fridericus*. Hodogeticum Orientale harmonicum, quod complectitur Lexicon linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Arabicæ, Æthiopicæ, & Persicæ; Grammaticam earumdem Linguarum, & Dicta Biblica. *Jenæ* 1670. 4.°

NICOLOSIUS, *Jo. Baptista*. Hercules Siculus, *sive* Studium geographicum latinate donatum. *Romæ* 1670. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°

NICQUETUS, *Honoratus*. Physiognomia humana. *Lugduni* 1648. 4.° — *V. Lipsius*.

NIEMANNUS, *Sebastianus*. Dissertatio theologica de Miraculis, utrum ex illis doctrinæ, *vel* Ecclesiæ Pontificiæ veritas probari possit. *Jenæ* 1670. 4.°

NIEREMBEGIUS, *Jo. Eusebius*. Historia naturæ maxime peregrinæ. *Antuerpiæ* 1635. *f.*°

NIEUHOVIUS, *Joannes*. Legatio Batavica ad

magnum Tartariæ Chamum Sungtejum, modernum Sinæ Imperatorem, historiarum narratione, artisque & naturæ miraculis per figuras illustrata, ac latinitate donata a Georgio Hornio. *Amstelodami*, *Meursius* 1668. *f.*° *fig.*

NIEUPOORT, *G. H.* Historia Reipublicæ, & Imperii Romanorum. *Venetiis* 1732. *tom.* 2. 8.°

NIGER, *Alexander*. Maniliani Bononiensis monumenti historico-mystica lectio, *Bononiæ* 1661. 4.°

NIGRONIUS, *Julius*. De bello Pannonico carminum libri II. *Utini* 1666. 4.°

S. NILUS. Epistolarum libri IV, interprete Leone Allatio. G-L. *Accedit* ejusdem Allatii Diatriba de Nilis, & eorum scriptis. *Romæ typ. Barberinis* *f.*°

NIPHUS, *Augustinus*. De falsa Diluvii prognosticatione in annum 1524. *Florentiæ*, *Hær. Philippi Juntæ* 1520. 4.°

—— De Pulchro, & Amore. *Lugd. Batav. Lopez de Haro* 1641. 12.° — *V. Vœgelin*.

NIZOLIUS, *Marius*. Lexicon Ciceronianum ex recensione Alexandri Scoti. *Accedunt* phrases, & formulæ latinæ linguæ ex commentariis Stephani Doleti. *Patavii*, *typ. Seminari* 1734. *f.*° *m.*

—— De veris principiis, & vera ratione philosophandi contra Pseudo-philosophos. *Parmæ* 1553. 4.° — *V. Majoragius*.

NONIUS, *Petrus*. De Arte atque ratione navigandi. *Conimbricæ* 1573. *f.*°

Accedunt Ejusdem: De erratis Orontii Finei liber unus. *Ibid. an. eod.*

Et de Crepusculis liber unus; *addito* in

cal-

calce *Allacen* Arabis vetustissimi libello de causis Crepusculorum. *Ibid. an. eod. f.°*

Mirum, quod nihil Burius dicat de raritate horum Opusculorum, præcipue de primo.

NONNIUS, *Ludovicus*. Diæteticon, *sive* de re Cibaria. *Antuerpiæ* 1627. 8.°

NORISIUS, *seu* de Noris. *Henricus Card.* Opera omnia. *Veronæ* 1729. *tom.* 5. *f.°*

NOTITIA Dignitatum utriusque Imperii, Orientis scilicet, & Occidentis ultra Arcadii, Honoriique tempora a Guidone Pancirolo commentariis illustrata. *Lugduni* 1623. *f.°*

NOVARINUS, *Aloysius*. Adagia, formulæque proverbiales ex Sanctis Patribus promptæ. *Veronæ* 1651. *tom.* 2. *f.°*

—— Electa Sacra. *Venetiis* 1627. *f.°*

—— Electorum Sacrorum nuptiales Aquæ. *Lugduni* 1640. *f.°*

—— Schediasmata Sacro-profana. *Ibid.* 1635. *f.°*

—— Opuscula varia. *Veronæ* 1645. *f.°*

NOVUS Orbis Regionum, ac Insularum Veteribus incognitarum ex XIX. Auctoribus consarcinatus. *Præit* Typi Cosmographici & declaratio & usus per Sebastianum Munsterum. *Parisiis* 1532. *f.°* — *V. de Herrera*, & *Philoponus*, *&c.*

NUMISMATA ærea maximi Moduli, primique XII. Augusti ex auro dudum Romæ in Cœnobio Cartusiæ, nunc Viennæ Austriæ in Gaza Cæsarea, per Cajet. Picinum incisa. *f.°* *absque ulla alia nota*.

—— maximi Moduli ex Cimeliarchio Ludovi-

ci XIV. Gall. Regis ad exemplar Parisiense. *Eleutheropoli* 1704. *f.*°
—— maximi Moduli e Museo Pisano, *olim* Corrario. V. *Mazzolenus*.
—— maximi Moduli delineata. 4.° *oblongo*.
—— cujuscumque formæ & metalli; aliæque Antiquitatis reliquiæ Musei Honorii Arigoni. *Tarvisii* 1741-44-45-59. *tom.* 4. *vol.* 2. *f.*°
—— antiqua in tres *Partes* distributa. Collegit olim & æri incidi vivens curavit Thomas Pembrockiæ & Montis Gomerici Comes. *Accedunt* Nummi Anglici, & Scotici cum aliquot numismatibus recentioribus. (*Londini*) 1746. 4.°

In hoc præclaro Opere exhibentur Numismatum Icones, sedulo quidem delineatæ & insculptæ, sed absque ullo commentario. Invenies tamen numismata in rerum classes divisa, puta, *Adoptiones*, *Adlocutiones*, *Consecrationes*, *Templa*, *Ædificia*, *Portus &c.* quod commodo & voluptati inservit. Pars *prima* continet tabb. XXXVIII. quibus adjecta est tab. alia inscripta *Numismatum magnitudines*, referens modulos in gyrum circumactos. *Secunda*, tabb. XCVIII. *Tertia*, tabb. CXX. *Appendix* vero nummorum *Anglicorum &c.* constat tabb. XLI.

NUMISMATA Cimelii Cæsarei Regii Vindobonensis. *Vindobonæ* 1754. *f.*°
—— rariora Magnæ Græciæ. V. *Parisius*.
—— (*recentiora*) quæ jussu Impp. Regum, & Principum, &c. cusa fuere. *V. Luckius*.
—— Pontificum Romanorum. *V. Molinet*, & *Bonanni*.
—— Virorum illustrium ex Barbadica Gente a Jo. Xaverio Valcavio illustrata. *Patavii*, *typ. Seminarii* 1772. *f.*° *max. fig.*

Accedunt Additiones quinque numismatum ab

Angelo Fabro expositæ; & explicationes ornatuum mythologiæ &c. (*Ibid.*) 1760. *f.*° *max.* *fig.*

Ad numismata Barbadicæ Gentis *Additamentum*, cum explanationibus. (*Venetiis*) *f.*° *m.* *fig.* — (*Auctor est Natalis Lastesius*).

Editio longe splendidissima, in qua tabulæ æneæ ab A. V. Audenardo Gandavensi affabre admodum sculptæ fuerunt omnes, quatuor exceptis quæ in *Additamento* sunt, & Contarenæ Barbaditæ effigie, cui illud dicatum. Omnia enim ista, egregii quoque operis, a Jo. B. Mingardi Patavino delineata, & ab Ant. Baratti Bellunensi incisa fuerunt.

NUMISMATUM Antiquorum Sylloge a Populis græcis, Municipiis, & Coloniis Romanis cusorum ex Cimeliarchio Editoris. *Londini*, *Mortier* 1708. 4.°

NUMISMATUM notitia succincta, in qua agitur de eorum pretio &c. *V.* Beauvais *inter Gallos*.

NUMMOPHILACIUM Reginæ Christinæ. *V.* *Havercampius*.

—— Luederianum. V. *Capellus*, *Rudolphus* = V. præterea *Catalogus*, & *Begerus*, & *Hunter*, & *Liebe*, & *Morellius*, & *Musellius*, & *Museum*, & *Rubenius*, *Albertus &c.* aliosque inter Italos, & Gallos, & Hispanos.

de NUYSEMENT. Tractatus de vero Sale secreto Philosophorum, & de universali Mundi Spiritu, ex Gallico latine versus a Ludovico Combachio. *Cassellis* 1651. 8.°

OBRECHTUS, *Ulricus*. Alsaticarum rerum Prodromus, *Argentorati* 1681. 4.°

OBSERVATIONES Anatomicæ selectiores Collegii privati Amstelodamensis. *Amstelodami* 1667. 12.°

OCCO, *Adolphus*. Imperatorum Romanorum Numismata a Pompejo magno ad Heraclium, cum notis, & additamentis Francisci Mediobarbi Biragi. *Mediolani* 1730. *f.*°

OCELLUS, *Lucanus*. De Universi natura, G-L. cum interpretatione & commentario Caroli Emman. Vizzanii, notisque Ludovici Nogarolæ. *Bononiæ* 1646. 4.°

ODDUS, *Marcus*. Meditationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum. *Venetiis* 1576. 4.°

ŒCOLAMPADIUS, *Joannes*. Commentaria in Prophetarum Dei Sermones. *Genevæ* 1558. *f.*°

ŒCUMENIUS. Commentaria in Novum Testamentum G-L. interprete Jo. Hentenio. *Accedunt* Commentaria in Apocalypsim Arethæ Cæsareæ Cappad. E. *Lutet. Paris. Morellus* 1630. *tom.* 2. *f.*°

OFFUSIUS, *Jofrancus*. De divina Astrorum facultate, in larvatam Astrologiam. *Parisiis* 1570. *f.*°

OFLAHERTY, *Rodericus*. Ogygia, *seu* rerum Hibernicarum chronologia. *Londini* 1685. 4.°

OIHENARTUS, *Arnaldus*. Notitia utriusque Vasconiæ, tum Ibericæ, tum Aquitanicæ. *Parisiis*, *Cramoisy* 1638. 4.°

OINOTOMUS, *Joannes*. In Institutiones Justiniani Imp. Commentarii. *Venetiis* 1666. *f.*°

OISELIUS, *Jacobus*. Thesaurus selectorum numi-

smatum antiquorum cum commentariis. *Amstelodami* 1677. 4.°

OLAUS, *Ericus*. Historia Svecorum, Gothorumque a Jo. Loccenio notis illustrata. *Accedit* ejusdem Loccenii Antiquitatum Sveo-Gothicarum cum hujus ævi moribus comparatio. *Holmiæ*, *Janssonius* 1654. 8.°

OLDENDORPIUS, *Joannes*. Variarum Lectionum libri ad Juris Civilis interpretationem. *Colon. Agripp.* 1575. *f.*° — *V. Brissonius*,

OLDOINUS, *Augustinus*. Athenæum Romanum. *Perusiæ* 1676. 4.° — *V. Ciaconius*, *Alphonsus*.

OLHOFFIUS, *Jo. Ericus*. Excerpta ex literis ad Jo. Hevelium perscriptis, judicia de rebus astronomicis, ejusdemque scriptis exhibentia. *Gedani* 1683. 4.°

OLIVA, *Joannes*. V. *Silvestrius*.

OLIVUS, *Jo. Baptista*. De reconditis, & præcipuis collectaneis adservatis in suo Museo a Francisco Calceolario testificatio. *Veronæ* 1593. 4.°

OLYMPIODORUS *Philosophus*. In Meteora Aristotelis commentarii. *Venetiis*, *Scotus* 1567. *f.*°

OMER. *V. Hyginus*, *C. Jul.*

ONOMASTICON, *seu* Lexicon Medicinæ simplicis. *Argentorati* 1543. *f.*°

ONOSANDER. Strategicus, *sive* de Imperatoris institutione. *Accedit* Urbicii inventum, G.L. cum interpretatione, & notis Nicolai Rigaltii. *Lutet. Paris.* 1599. 4.°

—— Idem Strategicus. *Ex Officina Commeliniana* 1600. 4.°

OPMERSENSIS. *V. Cratepoleus*.

OPPENBUSCH, *Michael*. Exercitatio historico-

theologica, in qua Religio Moscovitarum delineata exhibetur. *Argentorati* 1667. 4.°

OPPIANUS. De Piscatu, ac de Venatione, G-L. ex interpretatione Laurentii Lippii, cum commentario Jo. Bodini. *Parisiis* 1555. 4.°

S. OPTATUS. Opera cum notis Variorum. *Lutet. Paris.* 1676. *f.*°

OPUSCULA de M. Lutheri & aliorum Sectariorum doctrinæ varietate & discordia: *videlicet* Friderici Staphyli Lutheranæ trimembris Theologiæ epitome — Hujus defensio adversus Melanchthonem, Longinum &c. — Wilhelmi Lindani grassantium passim Hæresum tabulæ — Joannis Fabri Antilogiarum Martini Lutheri Babylonia. *Coloniæ* 1579. 8.°

OPUSCULA Varia; *nempe:*

Mirabilia Romæ anonymi Auctoris 4.°

Cl. de Montfaucon in suo Diario Italico *pag.* 283. & *seqq.* anno 1702. publici juris fecit, ac si prius ineditum fuisset, opusculum a se erutum ex Schedis D. Claudii Stephanotii scriptum XIII. circiter sæculo, hoc titulo, *Liber de Mirabilibus Romæ;* sed ex collatione a me facta, exceptis nonnullis, quæ ab amanuensium vel incuria vel arbitrio proficisci potuerunt, unum idemque esse cum nostro constat. Nostrum exemplar in calce mutilum est; neque ulla apparet loci, typographi, annique nota: verum *Tarvisii* excusum fuisse, & quidem sæculo XV. per G. F. (*Gerardum Flandrum*) non solum charta & typi, sed in primis me monet integrum Opusculi ejusdem exemplar, quod item Tarvisii extat in Bibliotheca J. B. Doctoris de Rubeis.

Pii II. *P. M.* Ad Illustrem Mahumetem Turcorum Imp. Epistola M. CCCC. LXXV. 12. *Augusti G. F. Tarvisii* 4.°

Mirabile opusculum S. Vincentii Ord. Præ-

dicatorum M. CCCC. LXXV. *Die nono Martii* (& hoc fortasse Tarvisii) 4.°

Beati Augustini, De Salute, *sivè* aspiratione Animæ ad Deum. *Tarvisii* M. CCCC. LXXI. 4.°

ORATIONES Variorum *scilicet*:

